


*Ms. 3717. 4o*

# BALNEORVM BVRMIENSIVM DESCRIPTIO, NATVRA ET VIRTVS.

ITEM:

## CONSILIVM. DE OVORVM AVIVM NATVRA, VIRTUTE AC VSV.

*ANTONIO MARIA VENUSTO, DE  
Castello sancti Faustini, Auctore.*



OE N I P O N T I,  
Excudebat IOANNES AGRICOLA.

clo. lo. LXXXIIL

+ potius Thermarum

# ILLVSTRI AC FOR<sup>o</sup>

TISSIMO IVVENI, ADAMO GALLO P  
pellio, Baron in Lobkouich &c. Cubiculario Serenissimi ac Pontentissi  
mi Herois Ferdinandi, Archiducis Austriae &c. Antonius  
Maria Venuſtus, de Castello sancti Faustini

S. D.

**P**OPELLIORVM Baronū familiæ virtus & splen  
dor iam aliquot abhinc seculis in toto Boëmia  
regno tantus extitit; vt Poppelliana familia ab or  
tu fere suo in omni pene tēpore primarias quasq;  
Regni dignitates obtinuerit, & grauissima Rei  
publicæ munera suscepta fortiter ac fideliter sustinuerit expli  
queritque. Diuersis nanq; temporibus ex ea tanta familia alij fue  
runt Iudices, alij Cubicularij, alij magni Cancellarij, alij supremi  
curiæ Prefecti, alij demum Regis vice cum magna sua laude &  
existimatione, cum admirabili totius Regni emolumento &  
applausu, cum singulari serenissimorum illius Regni Regum, ac  
præfertim Austriacorum benevolentia & gratia in Boëmia fun  
cti sunt. Id quod haçtenus fortasse nulli alij in eo Regno familiæ  
vel splendidissimæ contigit.

Vt enim Principibus semper placuisse viris, res est omnium  
quasi rerum difficillima, ita summa laude atque immortali di  
gna ea res iure optimo censetur, sicuti etiā satisfacere tam multis  
hominibus tam diuersa sentientibus, non huīanum sed propè  
diuinum quid censeri debet. Iam enim Propelliana Familia exi  
miæ sui animi in totum Regnum propensionis ac pietatis, sum  
mæ suæ in serenissimos Boëmia Reges, & alios Principes Au  
striacos fidelitatis, obseruantiae, & constantiae, multa & magna  
& præclara dedit documenta, vel magna rerum permutatione

A 2

Præ-

AD  
BIBL. UNIV.  
MONAC.

Universitäts  
München  
Bibliothek

## E P I S T O L A

Præsertim impendente. Sed ut de tuis præclarissimis Maioribus nihil speciatim in præsenti dicam; hac etiam ætate florent in tua familia viri Illustres atque præstantissimi, Serenissimis Austriae Archiducibus, atq; etiam ipsi Rudulpho II. Cæsari pro suis meritis gratissimi acceptissimique, quorum tamen nominis celebritatem, & præclaros dignitatis gradus ab eis dignè acquisitos, honorificeque obtentos silentio prætereo: ne historiam potius contexere, quām epistolam scribere velle videar. Licet illi ipsi, qui adhuc in tua familia sunt superstites, florent omni genere virtutis atque splendoris. Dete igitur, Adame, tantum aliquid speciatim dicam; in cuius nomine hasce meas elucubrationes, qualescunque illæ sint, apparere volui. Quandoquidem præter veterem illam nostram cōsuetudinem Aulicam, & veram amicitiam ab honestate profectam, ac præter tua multa in me collata officia, quorum memoria apud me nunquam intermoritura est; ex ante acta tua vita summā video futuram esse in te dignitatem generis tui amplissimi, fidelitatis, fortitudinis, prudentiae, aliorumque ornamentorum Maiorum tuorum omnium, vt præter amplissima fortunæ bona à Maioribus tuis tibi iure hæreditario honestè relicta, Deus & Natura te reliquis omnibus & corporis & animi bonis exornare voluisse videantur.

Etenim tanto corporis robore cum summa dexteritate atq; fortitudine coniuncto prædictus es; vt siue pedes, siue eques, vel magnarum corporis virium exercendarū gratia, vel profligandorum hostium causa, arma tractas; in omni armorum genere tractando mirabiliter excellas; & pares quidem in armis ac virium robore per paucos, superiorem verò fortasse neminem habeas.

Sed hæc tanta corporis bona, vti caduca & fragilia, nobiscum certe cōsenescunt, imminuunturq; magis ac magis in dies.

At

## D E D I C A T O R I A.

Atverò bona illa animi, veluti diuina, de crescentibus corporis bonis in senectute crescunt, auctiora, perfectioraq; redundunt. Quæ cùm plurima & maxima in te adhuc juuene splendidissime eluescant; quem non in tui admirationem allicant, ad te amandum laudandumque non fleant? Ecquis enim bonus in iuuene libero tam diuite non admiretur tantam inesse erga Deum religionem? in pauperes pietatem? in subditos æquitatem? in omnes benignitatem? mirum sanè dictu est, ac vix credibile, quod tamen verissimum est, tantam esse morum tuorum suavitatem, vitæ integritatem, scelerum puritatem, orationis modestiam, conuersationis affabilitatem, in hostes fortitudinem, deq; omnibus benemerendi tam ardens esse studium tuum. Nam de tua in fortissimum Heroëm, Ferdinandum Austrię Archiducem, Serenissimum Principem tuum, fide, constantia, sedulitate, obseruantia, atq; vel cum periculo mortis animi propensione maxima, nihil opus est, quicquam dicere, cùm ea ipsa per se iam sint tam sapienti Archiduci, totiq; Aulæ maximè perspecta. Ad quæ omnia non modò tua voluntate penitus libera, & considerata electione inclinatus es; sed etiam à Natura ipsa, à Maioribus tuis destinatus censi debes. Propterea quòd permagni refert, quo loco natus, à quibus Maioribus sis oriundus: quorum egregia vestigia sequi, resque in pace ac bello domi & foris præclarè gestas imitari, imitando eorum laudem & gloriā assequi, te omnino decet, atque oportet.

Cùm igitur Maiores tui propria virtute in Regno Boëmiae summos dignitatis gradus promeruerint, atque suorum Principum & Regum gratiam acquisuerint, acquisitā perpetuò conservauerint; quid te facere oporteat, iā vides ingenij tui acumen, iudicij grauitate, ac prudentia tua pene singulari, quæ tamen non nisi in iuuene, qualis ipse es, sed in senectute solum ob longam re-

## EPISTOLA DEDICATORIA.

rum humanarum experientiam reperiri solet, verū tu diligēti rerum quotidianarum ac euentuum omnium obseruatione id in iuuentute consequeris, quod plerique alij non nisi in senectute adipiscuntur. Quo factum est, vt prudentiam ita à te acquisitam cum iustitia, iustitiam cum temperantia, temperantiam cum fortitudine, demumque fortitudinē cum prudentia optimè coniunxeris. Perge igitur, quo cœpisti pede, & maiorū tuorum dignitatē laudem, ac gloriā rectē sentiendo, fortiter agendo, & fideliter Serenissimæ Austriæ familiae inferuendo non imminuere, sed amplificare, non obscurare sed magis celebrare ac illustrare stude, vt ab ipsis quoq; principibus, nedum à populo, semper sis amplificatus & ornatus, tanquam rerum præclarissimè gestarum, & gloriæ magnæ Maiorum tuorum amplificator. Vale, & hasce meas elucubrationes, quæ in tuo nomine Illustri apparent, benignè accipe, meq; perpetuò ama. Marani, Cat. Julij, Anno M. D. LXXXIIRR.



# BALNEORVM BURMIENSIVM DESCRIPTIO, NATVRA ET VIRTVS.



E admirandis Balneis Burmienſibus dicturus, quæ dignissima sunt, vt in sermonem Doctorum hominum veniant; licet haec tenus (quod sciā) nemo quicquam de ipsis in lucem ediderit; operæ pretium manufacturum putavi, si antea quædam generatim dicam de loco atque populis, ubi & apud quos prædicta Balnea scaturiunt: postea vero de ipsis Balneis speciatim agam. Per magni enim sanè refert, peregrinos, presertim longinquos, eo valetudinis ergo venturos, plenam habere

periem, ndi con-  
lomo pe-  
o vietus  
i se com-  
ma Bur-  
miracu-

Addua niv. flub in Ins.  
Lombardij go en Long Braulio  
nus s. singt.

Lacus Larius (Como Ann.)  
in Magl. Cœdipne.

Mordoniū Morbegno niv.  
flub in Veltelin in Ins.  
Tessiniz

errima, Volturrena.  
is subdi-  
siuosa  
nem ex-  
saxofas  
tq; inter  
mis ferè  
quod di-  
rforium;

### EPISTOLA DEDICATORIA.

rum humanarum experientiam reperiri solet, verū tu diligēti rerum quotidianarum ac euentuum omnium obseruatione id in iuuentute consequeris, quod plerique alij non nisi in senectute adipiscuntur. Quo factum est, vt prudentiam ita à te acquifitam cum iustitia, iustitiam cùm temperantia, temperantiam cùm fortitudine, demumque fortitudinē cùm prudentia optimè coniunxeris. Perge igitur, quo cœpisti pede, & maiorū tuorum dignitatē laudem, ac gloriā rectē sentiendo, fortiter agendo, & fideliter Serenissimæ Austriae familiæ inseruendo non imminuere, sed amplificare, non obscurare sed magis celebrare ac illustrare stude, vt ab ipsis quoq; principibus, nedum à populo, semper sis amplificatus & ornatus, tanquam rerum præclarissimè gestarum, & gloriæ magnæ Maiorum tuorum amplificator. Vale, & hasce meas elucubrationes, que in tuo nomine Illustri apparat. Anno Julij,

# BALNEORVM

## BVRMIENSIVM DESCRIPTIO,

NATVRA ET VIRTVS.



E admirandis Balneis Burmiensibus dicturus, que dignissima sunt, ut in sermonem Doctorum hominum veniant; licet haec tenus (quod sciā) nemo quicquam de ipsis in lucem ediderit; opera pretium mechanicorum putauit, si anteā quædam generatim dicam de loco atque populis, ubi & apud quos predicta Balnea scaturiunt: postea vero de ipsis Balneis speciatim agam. Per magni enim sanè refert, peregrinos, presentim longinquos, eo valetudinis ergò venturos, plenam habere prius cognitionem Tractus ipsorum Balneorum; & cæli temperiem, & soli vertutem, & in colarum mores, atque demum viuendi consuetudinem planè cognoscere, ut ipsi conuenie, antequam domo pedem effterant, verè sciant, quo potissimum anni tempore, quo vietus & vestitus apparatu, per qua loca tutò & commendè itineri se committant; ut ad Balnea ipsa perueniat. Itaque de regione, in qua Burmilia Balnea summa Dei benignitate & admirabili quasi miraculo perennè scatent, prius summatis verba faciam.

Volturrena, patria mea, vallis amanissima atque uberrima, Volturrena. iam multis ab hinc annis Illustissimis ac potentissimis Rhetis subdita, à Lario lacu initium sumit inter meridiem & occasum, sinuosa multis in locis via, ac tortuoso quodam anfractu, in longitudinem extenditur Burmum usque, iter est ferme duorum dierum ob saxofas passim vias, spatium penè sexaginta mille passuum; definiti, inter Aquilonem ac solis ortum. In tali itinere cernere est singulis ferè milliaribus vel duobus, vel saltu tertio quoque milliari, aliquod diuerfiorum;

Peregrini. uersorium; ubi peregrini cuiusque generis, si non laute, tuto saltē & sat is commode, omni anni tempore queant diuersari. Habet hoc patria mea, magna dignum laude, ut nulli peregrino nulla omnino fiat iniuria; nulli quod suum est, aut dolo surripiatur, aut vi eripiatur, fures, latrones, prædones, si qui sunt, qui vel nulli, vel paucissimi & maximè rari sunt, à Rhætorum Dominorum Magistratibus diligenter & inquiruntur, deprehensi leuerissimè puniuntur.

Triūpilini. Vallis hæc celeberrima, quæ inter meridiem & occasum incipiendo, habet finitos Triumpilinos, Lary lacus accolos, & comenses, definit ascendendo ad radices altissimarum alpium, ultra quas est comitatus, quem nunc ita vocant, Tyrolensis, prouincia bene ampla, montuosa quidem, sed diues opum, atque militibus strenuis copiosa, subita Serenissimo ac potentissimo Ferdinando Archiduci Austriae, principi meo gratiissimo. A sinistro latere ascendendo, ultra præalta Alpium iuga inter occasum & aquilonem sunt Rhæti vol-turrenae Domini.

Camuni. Ab altero autem latere inter solis ortum ac meridiem, ultra alios item montes non ita altos sunt camuni vicini populi sub imperio veneto positi.

Loca. Loca. In Planicie huins vallis, atque etiam à lateribus conspicuntur paßim creberrimi pagi, multi vici, aliquot oppida multis Italie ciuitatis comparanda. Tractus certè est ferax rerum fere omnium ad usus vitae necessiarum.

Vina. Sed maximè aliorum quasi omnium Italiae locorum abundat vinorubro, ita salubris; ut ad multos incurrupum annos perduret; & incolarum pene nullus vel podagra, vel scabiade laboret, id quod multi potissimum vinorum bonitati acceptum referunt.

Aqua vallis. Aquæ item plurimorum fontium (eorum præsertim, qui ab Aquilone Meridiem versus fluunt) multorum fluviorum in Addua flumen dependentium optimæ sunt.

Addua

<sup>3</sup> Addua verò flumen in monte adua, excelsø Rheticarum Al- Addua flu-pium iugo, scaturiens non longè ab ipsis Balneis, de quibus dicam men-cio, flexuoso itinere labitur per totam Volturrenam in Larium lacum; ita tamen imperiosè, ut in ipso lacu suum seruet fluxum, proprium retineat colorem, quod non sine admiratione magna Plinius quoque secundus refatus est.

Sed maiori admiratione, vel potius commiseratione dignum Infortunium videtur, quod ipsa Addua non statim quibusdam temporibus, sed vallis. incertis tantum annis plurimum damni toti valli afferat; dum vel nimis ac diuturnis pluvijs, vel repente grandine & seua tempestate, ex alto quasi niuis monticulos, terra globos, necnon saxa detrudente, ita ex crescit; ut quasi drepente extra suum tortuosum atq; saxosum alueum excurrēs, vicina prata deuastet, finitima arua depopuletur, & etiā aliquando propinqua edificia funditus euertat. Sed hoc patriæ meæ comune est cum alijs quoque locis; per quæ loca tam rapida, tam saxosa labuntur flumina.

Aer denique totius vallis supra Morbonium, longe à qui-busdam paludosis pratis, ita purus, tenuis, & salubris est; ut ple-rique incole diutissimè viuant, & multi ad centum usque, & ultracentum annos sani vitam degant; si modo aliquam in victu adhibeant moderationem; atque Hyemis tempore contra Aquilonis venti impetum caput bene præmuntiant. Itaque omnifere anni tempore, sed maxime de mensibus Iunij, Julij, & Augusti, à ca-muniis populis vicinis per aliquot loca, à lario lacu per viam Regiā, Itinera tuta ab ipsis dominis Rhætis per multa itinera, à Tyrolensi comitatu per altissimum, sed tunc temporis tutum, amenum, virentibus pascuis conspicuum montem Braulium, atque etiā per aliud nō longinquum iter minus quidem montuosum, frail vulgus vocat, ad Balnea Bur-mensia tutus, & commodus datur accessus.

B.

De

De tractu, ubi ipsa Balnea perennè & admirabiliter scatent, hactenus generatim diximus. Nunc verò tandem de Burmio atque de ipsis quoque Balneis speciatim dicendum putamus.

Balnea.

Balnea, quorum potissimum causa hunc scribendi laborem suscepimus, merito Burmienſia ab omnibus vocantur. Propterea quod in Burmienſi ditione sita sunt, ad montis Braulij penè radices, supra planitatem paulo plus, quam mille passus; distantq; ab oppido Burmio alterum tantum lapidem. Vnde ad tam vicina Balnea citè & facile & copiosè necessaria queq; tradiſci possunt, Burmum enim, oppidum amplum, populosum & bene turritum, quod olim certè vera fuit res publica, & populus penitus liber, habet pretiosissima queq; ex volturrena allata vina; abundat omni penè genere earum rerum; que vel ad sanorum voluptatem, vel ad agrorum in vicinis Balneis degentium salubritatem spectare possunt, & quoniam non omnis fert omnia tellus, inquit poëta, si quid inibi nascitur, eo prouide ab incolis affertur.

Burmenses

Burmenses oppidani sunt hospitales & urbani, cum inter se, tum erga peregrinos; qui plurimi ferè semper vel Balneorum vel negotiorum causa eo confluunt.

Balnea.

Sunt commendati atque sub tutela Rhætorum Dominorum positi, & erga eos in fide constantissimi: qui tamen adhuc quibusdam mirificis priuilegiis gaudent. Balnea vero ipsa Burmienſia alterum ab oppido (vti dixi) lapidem distantia, extant in colle, saxo quidem & prærupto, sed non ita tamen, quin eo & pedibus, & equo, & lectica, & curru satis tuò & commodè accedere cuig; licet, licet toto penè anno & quotidie ferè intueri frequentes equos vel vino onustos, montem Braulium ascendentes, vel sale aut frumento oneratos iuxta Balnea descendentes.

Fontes.

Habitatio-  
nes.

Duo cernuntur vicini & copiosi fontes aquæ satis bene calent, quorum uterque sua habet propria domicilia, hypocauſta, cubitula,

cula, culinas, atria, & alia loca vel stilocidium capientibus, vel in Balneorum aquam ingredientibus idonea, adeò ut in illo diueroſrio, & in illis tam multis habitationibus, preter hospitem cum sua familia, plures, quam centum aduenæ, commode diuersari possint.

Tempore Estate nihil ibi ferè disideratur: mira est cali temperies & salubritas: & optima queq; vel èo excipſa valle portantur, vel in vicinis collibus atque montibus habentur.

Aestate igitur potissimum ad Burmienſia Balnea accedendum est. Licet enim Hyeme duo illi copiosi fontes, & plura stilocidia, sunt calidiora & potentiora (contra sententia Falopij, qui cap. 4. falso sane putat, aquas thermale sempaque calidas esse) aër tamen ambiens illius loci est valde frigidus. Sed hoc anno Burmensem prouido consilio superioris fontis habitationes ita sunt accommodatae & auctæ; vt vel de Hyeme commode ibi degi possit.

Tempore veris autem Balneorum fontes minus inter dum calidi ac potentes existunt, ob niues paulatim liqueſcentes, & per absconditas montis rimas aquæ cuniculos penetrantes.

Qua quidem in re Petrus Paulus Paraūicinus medicus vide- Paraūicini  
tur deceptus; dum ad Ioannem Ambroſium Cauenagum, Me- error.  
diolanensem medicum, de Balneis Burmienſibus scribendo, tanto-  
pere laudat eorum usum de mense Maij, & improbat usum de  
mensibus Iulij & Augusti, nam huius viri sententia non est con-  
sona rationibus & experientiae eorum, qui Balnea ipsa frequentant, sed vir, alioqui doctissimus, nunquam fortasse illa Balnea vi-  
dit; quorum ego naturam sum sape oculis contemplatus, & in mul-  
tis ægis meis feliciter expertus.

Balnea ipsa calefaciunt, exiccant, extenuant, soluunt, aperiunt,  
incident, flatus discutiunt, durities molliunt, laxa astringunt, di-  
gerunt, consumunt, attrahunt, debilia corroborant, obſeruatis ob-  
ſeruan-

Morbi cu-  
rati.

Spinæ dorsi  
affectus.

Noxa Bal-  
neorum.

8  
seruandis ante ingressum ad Balnea, & in ipsis Balneis: profunt omnibus morbis a causa frigida vel humida genitis.

Speciatim curant capitis dolores à causa frigida, somnos pro- fundos, lethargum, incubum, aquam intra cranum, epilepsiam, débilem apoplexiā, paralysim, ex repletione convulsionem, tremorem neuorum, membrorum stuporem, resolutionem, contrac- tionem, articulos laxatos ob nimiam humiditatem vicinorum li- gamentorum atque tendonum, articulos tensos ob nimium frigus, artuum dolores ob luxationem non bene curatam, oculorum fistulas, surditatem, aurium sonitum atque tinnitus, odoratum lesum, dentium dolorem, linguæ immobilitatem, anhelitus à frigore diffi- cultatem, tuſim humidam, ventriculum frigidum & humidum, vel saltem humidum, nauſeam, appetitum prostratum, malum cor- poris habitum, ſputum ſuperuacaneum, hydrope, iecoris imbecil- itatem à frigore aut humiditate, colicos dolores exflatu, vel expi- tuita, renes frigidos, à frigiditate obſtructos, insensibili urinæ extu- tum, ſeminis profluuium, nimios menses vel retentos, uteris gran- gulatum, duritiem, ulcera, flatus, humiditatem, virgam erigi ne- queuntem, arthritidem non inueteratam, ſcabiem, spinæ dorsi per- uerſionem, torsionemq; non inueteratam, ſiue ſit gibbus, ſiue cani- ras, ſiue obliquitas: hi enim ſunt affectus spinæ peruersæ ex Galeno, 2. Aph. 10. 51. Predicta denique Balnea curant tumores ſcroti, cutis pediculos, & quartanam febrem. Sed quoniam nihil prodeſt, quod non leadere poſit idem, inquit ille; diligenter animaduertendum eſt, quibus temperamentis quibusq; morbis Burmienſia Balneano- ceant.

Sunt noxia iecori valde calido, renibus ſumme calidis, tem- perationi totius corporis calida & ſicca, aut ſaltē valde calida ſo- lum, aut valde ſicca tantum, morbo omni à causa calida & ſicca, vel etiam à causa frigida & humida; ſi adſit magna febris; morbo

demum

7  
demum Gallico: cui morbo à proprietate quadam pleraque Balnea ſunt contraria.

Quod si detur aliquod corpus, quod habeat partes diuerſi tem- peramenti; que quidem Corpora ſunt morbis obnoxia, ait Galenus lib. 3. cap. 16. de Alimentorum Facultatibus; tum partes illæ ni- mis calide p̄emuniende ſunt ceratis, aut unguentis frigidis, tena- cib; quo minus Balneorum vis calida eo perueniat, & membris ca- lidis noceat. Reliquum verò corpus frigidum, vel humidum iue- tur Balneo calido, vel potu, vel inſeffu, vel ſtillicidio, vel omnibus tribus prædictis modis, vel duobus.

Non enim omnes morbi ſimul requirunt inſeffum, potum, at- Cautiones. que ſtillicidium, ventriculus frigidus, vel humidus, vel aliter male Vetriculus. affectus, requirit ſolum aquæ potum, vel ſupra ſtillicidium, vel utrumque, non autem inſeffum, ſi reliquum corporis bene habeat. Nam bene valentibus non opus eſt medico neque Balneo. Item si Renes. renes tantum male habeant, ſolus aquæ potus ſufficit, quemadmo- dum etiam ſi Caput ſolum deſtillatione, aut alio morbo labore, præ- Capur. ter ſtillicidium, nihil opus erit, ſed ſitotus corporis habitus atque etiam multæ corporis interne partes egent Balneo; tum opus eſt potu & inſeffu.

Caueant etiam ægri, ne impuro corpore, & ſine medici conſi- Cautiones. lio, adeant Balnea: ne quid in ipsis Balneis peccent. Multum enim intereſt, quando, quo modo, & quandiu quis vel ſtillicidio, vel in- ſeffu, vel potu vitatur, temporibus medicina valet, inquit ille.

Ideo capite, deſtillatione laborante, aut aliter male affecto à cauſa frigida & humida, aeger conſilio periti medici, præpurgato corpore, poſt aluum ſolutam, & ad modum leuem deambulatio- nem, in ſutura coronali iejunus capiat ſtillicidium rite paratum Stillicidiū. per horam, quindecim dies continuos, ſi fuerit ſenex; cuius cra- neum per etatem eſt densius, crassis, & durius; ſi fuerit iuuenis,

B 3

duode-

Incessus.

duodecim dies; si puer, decem dies, & quotidie per medium saltem horam. Qui egent incessu, ieuni, alio solita, paulatim ingrediatur aquæ solium; immorentur duas horas, vel unam saltem, per mensum integrum, vel paulo plus, vel paulo minus: postea intrent lectum, & sudent saltem per horam, mox lati comedant. Robusti bis quotidie uti possunt incessu.

Aque potus

Quibus potus aquæ opus est, illi ieuni hauriant ex ipso fonte unam, vel duas aquæ Balnei libras, habitaratione virium, etatis, & consuetudinis, atque etiam tolerantia.

Qui vero indigent ob varios affectus, & incessu & potu & stillicidio, manè capiant stillicidium: vesperi utantur incessu, & simul aquam Balnei, quantum decet, bibant, sed vesperi ante cœnam nemo intret Balneum, nisi prius prima concoctione absoluta, qua sit in ventriculo.

Prandium  
parcius cœ-  
na.

Erit igitur consultius, parcius prandere, quam cœnare: cum multò maius spatum sit inter cœnam & prandium sequentis diei, quam inter prandium & cœnam eiusdem diei: preter nocturnum somnum, & aëris nocturni ambientis frigiditatem, & corporis quietem; quæ tria quoque faciunt ad celerem & bonam ciborum concoctionem.

Vitanda.

In summa omnes agri, quandiu utuntur Balneis, & postquam recesserint à Balneis, per aliquod tempus, omnino abstineant a vapore, à frigore, à satietate, ab inedia, acer apula, à violento motu, ab animi perturbationibus, à praescibis: sed ex medici prescripto, idoneo utantur vicibus.

Luti locus  
& vrs.

Præter plura illa admirabili stillicidia, in una habitatione cadentia, præter illa duo lauacra vicina, humano generi tam salutaria; prope & supra ipsa stillicidia extat locus concameratus, refertus terra lutofa atque cœnosa, cum aqua sulphurea mista, ubi & cuius luti usu curantur morbi illi ferè insanabiles; quinque stillicidio,

stillicidio, neque incessu, neque ipsius aquæ potu curari potuerunt, Equorum in loco humiliori & vicino conficitur Balneum multis equorum lauacrum. morbis curandis valde idoneum, supra quod Balneum Balnearum Fuentes Balneariorum. superior fons copiosus aquæ calentis habet suum lauacrum quadrangulum, circumclusum, obtectum, ad insidendum & laudandum, cum habitationibus contiguis & commodis. Fons autem inferior adhuc aqua calente copiosior, præter suum Lauacrum amplum undique muro & tecto superne bene munitum, habet continua plura stillicidia, conspicua illa quidem & bene commoda. Vbi quoque sunt suæ habitationes commodæ & multæ.

Tam commoda Balnea, ita edificijs ornata, tam multis morbis utilia, ego certè nusquam alibi vidi, neque in Germania, neque in Italia, quæ tamen hoc etiam anno à Burmienibus redduntur commodiora & ornatiora. Nihil dixi de vicino templo, in quo res sacre & peragi & audiri possunt.

Sed quoniam dixi Balnea esse calida, cum sint quoque ad hinc Balnea calendum non iniucunda; perpendendum est, an in suo ortu ita sint da & pota calida; an in cuniculis incalescant, ubi liber paululum philosophari bilia. & commorari.

Perficuum est & nemini dubium ex libro secundo Aristotelis de Generatione ac interitu, elementa mutuò inter se generari; atque aërem ob frigiditatem vel supra terram vel sub terra cogi & condensari in aquam, unde perennis ortus fontium & fluviorum Aquæ generatione in præalisis præfertim montibus, teste eodem Aristotele libro prioratio. Meteorologicorum.

Aqua vero ita continentur genita ab aere ob loci frigiditatem coacto & condensato, uti ignis elemento contraria, frigida & Elementa. humida est; quod ait idem auctor eodem secundo libro de generatione: vibrationibus verissimus concludit, aquam longè magis esse frigi-

frigidam, quam humidam; sicuti ignis est magis calidus, quam sic-  
cus; & aer plus humidus, quam calidus; ac terra plus siccæ, quam  
frigida. Itaque frigitas propria est unius elementi aquæ: & aqua  
ob frigiditatem in locis frigidis ex aere genita initio semper est sum-  
mopere frigida.

Quare concludendum est, aquas omnium Balneorum, vel ca-  
lidorum, in ortu suo esse frigidas. Quia tamen in re parum sibi con-  
stare videtur Falopius, dum hoc ipsum, quod verum est, cap. 4. bis  
affirmat; & cap. 7. ait, Balnea actu frigida scatentia, in ortu suo  
esse calidissima, id quod est omnino falsum. Quod cum ita sit, Bal-  
nea quoque Burmicensia, licet valde calida scaturiant; initio sui ta-  
men ortus, ubi perpetuo generantur, frigidas sunt, nam, si tantu-  
mæ esset ipsorum Balneorum naturalis, calida ubique semper  
essent id quod facile colligi potest ex lib. 1. cap. 3. Simpl. Galen: sed

contrarium obseruatur in ipsis Balneis, que per canales suprater-  
ram versus Adduam fluendo, paulatim amittunt acquistitum  
calorem, demumque ad suam ingenitam frigiditatem redeunt.  
Vbi igitur in calefcunt, dicet aliquis? In cuniculis, per quos sub ter-  
ra labuntur Balnea, incalefcere, omnino censendum est. Verum-  
enim vero à quo colore sub terra Balnea calefiant, & quo modo  
calor ille subterraneus signatur, quo pabulo foneatur, & perennè  
conferuet, diuersi scriptores tum veteres, tum recentiores diuer-  
sam habent sententiam.

Res est omnium rerum obscurissima: adeo ut Julius Alexan-  
drinus Tridentinus, Cæsarum medicus, medicorum sui temporis  
facile princeps, in opere suo de tuenda valitudine hoc ipsum se ne-  
scire fateatur, sed ea est tanti viri modestia, ut ea, que probè tenet,  
sunt contraria, non ostentet.

Aristoteles. Aristoteles tamen (mea quidem sententia) luce clarius libro  
secundo, cap. tertio, quarto, & octavo Meteorologicorum affir-  
mat

Falopij er-  
ror.

Notandum.

Cuniculi.

Iulius Ale-  
xandrinus.

Aristoteles.

mat, aquas calefieri à calore ignis nostris subterranei: qui, cum sit Ignis noster summus quidam feruor ignis elementary purissimi teste Aphrodisio libro secundo, cap. 17. Natural. Question. quasi diuinus etiam in subterraneis locis reperitur, fouetur, atque in metallis & axis attritis, tanquam innatus, exilit. Reperi in multis Italiae locis, atque etiam extra Italiam, multos ignes perpetuos subterra, à quibus non sine agricolarum formidatione, statim quibusdam temporibus supra terram fumi, flammaq; erumpunt, adeo in promptu est, ut probatione non egeat. Sultum est enim dimittere sensum, & rationem querere, inquit philosophus physicorum libris.

Sed quo modo ignis subterraneus signatur, subinde videamus.

Aristoteles, vir diuinus, nullius scientiae ignarus, sed rerum ranei ortus. omnium naturalium, vel abstrusarum, maxime peritus (vanis aliorum opinionibus omisssis) libro secundo Meteorologicorum, cap. de Terræ motu assenerat, ignem in cænernis subterraneis gigni ab exhalatione calida & siccâ ibi conclusa. Quæ exitum querens, & non inueniens, atteritur, attritæ rarescit, rarefacta inflammatur. Quod si vicinum sit vel bitumen, vel sulphur, aptum natum, ut facillime accendatur, simul ipsum quoque acceditur; accensum perennè in sua naturali sede ignem fouet & conseruat. Ut enim nihil est in tota rerum natura, quod tam citè ignem concipiatur, tam facile exardecat; ita nulla alia res est, quæ tam diu ignem conce-  
ptum foneat & conseruet, atque bitumen & sulphur. Quæ duo, ve-  
luti pabulum ignis subterranei accensi maxime proprium, teste Aristotele, Sect. xxiiij. probl. ultimo, perennè ignem & ignis flammarum conseruant; quia perpetuo regenerantur. Norunt enim optimè fodinarum quique periti, metalla, & magis succos subter-  
raneos perpetuo regenerari, non deficientibus causis effiente ac materiali, Strabo testatur, in Insula (elba nunc vocata) aſdiuē fer-  
rum

Ignis subter-  
raneus.

Bitumen  
Sulphur.

Ignis pabu-  
lum.

Metalla.

rum effodi & regenerari, cum magno Hetruriæ, magni Ducis emolumenio. Sulphur igitur potissimum perpetuò alit ignem subterraneum, quia assiduè regeneratur; sed ita alit, ut sequatur ignem & flammat, sicuti oleum lucernæ flammat sequitur; non autem vix noster ignis familiaris; qui ligna tanquam suum pabulum, sequitur. Duplex hic modus nutriendi ignis dignus est, qui obseruetur ad tollendas multas difficultates.

Sulphur p-  
petuò rege-  
neratur.

Sunt igitur multa balnea perennè calida; quia perennem habent ignem accensum & calefacientem: Ignis ille subterraneus ardens perpetuus est; quia pro alimento Sulphur habet perpetuò regeneratum. Quo vero modo denuo & assiduè generetur, non est presentis instituti.

Balnea Bur-  
mien-  
sia. Controuer-  
sia.

Ex predictis facile colligi & vere potest inferri, Balnea omnia vel actu vel saltu potestate calida, aliqua ex parte Sulphurea esse, ergo & admiranda nostra Balnea Burmienia, actu ac potestate valde calida, sunt omnino Sulphurea, id quod ego sepius sum expertus artificiose distillatione, diligentius, inspectione eorum canarium, per quos aqua Balneorum labitur in Adduam, vicinum flumen, in quibus canalibus certa Sulphuris indicia conspicuntur, hoc accedit multorum morborum ibi curatorum obseruatio mea.

Nitri natu-  
ra.

Sed quoniam Petrus de Tusignano, eo tempore medicus celeberrimus, ducentis ab hinc & quadraginta sex annis scriptis (prout ex eius literis manuscriptis perspexi) Balnea Burmienia longè plus nitri, quam Sulphuris habere; Petrus vero Paulus Parauicinus medicus, ad cauenagum Mediolanensem (quod pariter eius litterae manuscriptæ mihi notum fecerunt) censet, Burmensem Balneorum naturam esse maximè Sulphuream; dicendum mihi nunc

videtur, uter ipsorum verum dicat. Cum nitrum ex vera Galeni sententia sit medium inter aphronitrum & salēm, & necessario habeat aliquem saporem falsum; sequeretur, quod si Balnea Bur-  
mienia

Ignis nutri-  
tio duplex.

miensia essent plurimum nitrosa, uti ait Petrus de Tusignano, ipsorum sapor esset saltu subsalsus. Sed bibentibus ex ipsis Balneorum fontibus aqua videtur suavis, nullo sapore falso praedita. Falsa est igitur opinio Petri de Tusignano: vera est sententia Parauicini, quod ipsa Balnea longè plus sint Sulphurea, quam nitrosa. Fallitur tamen & Parauicinus in eo, quod omnia aquæ imposita prænimio feruore coquantur, & pulli gallinacei siant deplumes, si in profundioribus caverneis parum manserint. Ego enim ipse cavernas eas aliquatenus penetravi; Nihil tale animaduerti, aut coniectura aesse qui potui. Quamquam enim Sulphur quarto gradu calefacit; vix Sulphur. tamen ipsa Balnea tertium caliditatis gradum in exitu retinet.

Calida quidem actus & potentia erumpunt; sed non ita calida atque Sulphur est, quia non ebulliunt in Sulphure; sed incalescunt in itinere, & acquirunt caliditatem ex illis saxis, per quæ saxa labuntur: sub quibus quidem saxis ardet ignis in vicino Sulphure modo incalescant.

Sunt etiam ipsorum Balneorum aquæ potabiles: quoniam non transiunt in cuniculis per ipsum Sulphur ignitum & ardens; ita aqua potavit nihil de Sulphuris substantia secum ducant. Potestate igitur bilis, non actu, Sulphuris ac nitri naturam & virtutes referunt, ob perfectam quandam aquæ missionem cum Sulphuris vi de quorum Balneorum virtutibus diuinis potius, quam humanis, iam tandem agendum est.

Egri plurimi, diuersis temporibus humana opera pertisi-  
morum medicorum nihil adiuti, predictis Balneis opportune vni, vis & laudes quasi diuinitus curati sunt.

Ex quibus, sed propè, in ipsa aquæ scaturagine ac descensu pro-  
minet verus capillus veneris, verum adiantum, ex rimis prae-  
torum saxonum exortus, & perpetuò virens, aqua undique per-

Balneorum  
natura.  
Balneorum  
gradus.  
Balnea quo  
modo incal-  
escant.

Balneorum  
naturam  
poteris.

fusus, nunquam madescens: res visu mirabilis, incognita Galeno, Theophrasto vero atque Plinio cognita. Quae quidem herba tam multis morbis salutaris alibi nusquam in tota Volturrena (quod sciam) enascitur; neque multum alibi extra Volturrenam copiosa est. Ea fuit multis ab hinc seculis, vel potius à Diluvio, erga patriam meam summa Dei benignitas: cui uni assidue immortales sunt à nobis agendae gratiae.



Consi-

# CONSLIUM DE OVORVM AVIVM NATVRA, VIRTUTE AC VSY.

**Q**UONIAM in multis prouinciis & nationibus, non modo apud vulgus ac idiotas, sed etiam apud nonnullos doctores medicos, alioqui viros eruditos & celebres, quedam omnino falsa opinio de ouorum avium natura & vsu inuuluit & percrebuit: quod nempe oua Calefaciant, & nullo modo agris, vel pleuriticis, vel aliter febribus sint exhibenda; sicuti ego diligenter animaduerti, & legi etiam apud veteres, qui de ouis varie sentiunt: ideo nos in praesenti nostro Consilio ad communem omnium cum sanorum tum agrotantium utilitatem, de vera ouorum natura, de certa ipsorum facultate, delectu, deq[ue] recto vsu sumus dicturi, ut per nos tandem tam absurdar & inueterata de ouis opinio antiquetur, ac ipsa veritas elucescat. Insuper multa quedam alia & scitu & notatu digna interseremus,

Oua sane non sunt partes avium, à quibus eduntur, sed certè Oua. earum conceptus sive fætus, inquit Galenus ex professo, lib. 11. de Simplicium Medicamentorum facultatibus, que à summo rerum omnium opifice humano generi sunt tradita; vt per ea avium successio & perpetuitas conseruaretur: deinde, ut ipsa oua magno effsent usui tum sanis tum agris, sive pro nutrimento exhibeantur, sive pro medicamento intro offerantur, & foras adhibeantur, ut autem per oua avium genera perpetuentur; necesse est, ut accedat maris cum fæmina coniunctio per coitum, que nanque oua ante coitum eduntur, infæcunda sunt (ut hic nihil dicam de gallorum Oua gallo-ouis, rum.

Notandum

Palma.

Pulli ex ouis  
artificio  
quodam.Aristotelis  
error.Pulli nutri-  
mentum in  
ouo.

ouis, que aliquando ab eis, sed raro admodum, eduntur per exigua  
& nullius usus) Ita natura comparatum est, ut non modo in omnibus animantibus, sed etiam in multis alijs rebus sensu experitibus ad propagationem maris cum fæmina coniunctio requiratur, id quod adolescens in creta insula de palma arbore diligenter obseruauit. Post coitum concepta ouo & edito, ut ex eo pullus enascatur tempore suo gallina & solius incubitus necessario requiritur. Idq; die rum viginti spatio vel circiter. Ingenere vero aliarum animalium par tim mas partim fæmina viciſſim incubat. Verum illud est, quod alicubi, nempe in AEgypto, in insula Melitensi & alibi, sine incubitu, calore quodam arte parato, ex ouis pulligallinacei enascuntur; sicuti Aristoteles testatur, & nos audiimus a strenuis equitibus sancti Ioannis seu Melitensis. Hoc loco multa alia silentio prætereo ad ouorum integrum historiam spectantia, sed ad propositum nostrum nihil aut certe parum facientia.

Illud autem silentio minime prætereundum videtur, quod ex albumine enascatur pullus ac luteo nutriatur, sicuti falso sanè censet Aristoteles lib. 6. de Historia Animalium, & lib. 3. de generat. Animalium, nam teste Hippocrate, libro de natura pueri, atque teste ipso sensu & experientia, ex oui luteo pullus, ex albumine vitellum & albumen contraria habere virtutem ac naturam. Cum Galenus lib. 11. Simplicium verius dicat, vitellum & albumen esse ad simili naturæ; & Paulus Aegineta affirmet lib. 7. oui vitellum esse cum albumine pari virtute præditum. Profecto in iis rebus, qua ad aliquam particularem historiam, siue alicuius rei naturam ac virtutem pertinent, multò maior fides Galeno & aliis grauiſſimis medicis, quam vni Aristoteli, est adhibenda; licet Auerroes in Proemio Physicorum putet, Aristotelem nunquam & nusquam lapsum esse: id quod sotius Dei proprium est.

Verum-

Verum enim uero Aristoteles verè Censent lib. 3. de generat. Controuerſum, ouum simpliciter esse calidum totum ac humidum, sia. licet Galen. libro 11. simplicium aperte fateatur, oua integrare ſep- Ouorum etiè refrigerare & ſiccare, & lib. de remedii paratu facilibus, facultas. cap. 1. & lib. 2. cap. 1. de Compos. Medicamentorum Sec. locos, & com. 4. cap. 113. acutorum dicat, oua frigefacere. Nam philoſophi de rebus simpliciter & absolūtē loquuntur: medici vero reſpe- Philosophi. ctu corporis humani de ouis ac de alia qualibet re tractant; ſicuti Medici. videre est apud Galenum, libro tertio, cap. 6. & lib. 1. cap. 41. & lib. 3. cap. 4. Simplicium. vel aliter conciliemus contradictionem Cœciliatio. hanc, quod oua recens edita ſint actu calida & humida potestate vero frigida & ſicca.

Sed de ouorum natura falsa narrat Alexander Aphrodi- Aphrodisai ſaus, lib. ij. problem lxxxvij. qui putat, vitellum effe ſiccum & ca- error. lidum, albumen autem frigidum & humidum.

Auicenna quoq; medicus insignis, Galeni interpres, ſicuti ſe Auicennæ ſe iactat, à Galeno & à veritate diſſentit, dum lib. 2. inquit, vitel- error. lum effe calidum, & albumen frigidum, utrumque humidum. Cum lib. 3. fen. 1. trac̄t. 2 cap. 24. decura doloris capit is ex vino aliter ſentiat, nempe, quod vitellus oui refrigeret & humectet. Galenus etiam contraria dicere videtur. Cum lib. 1. ad Glauconem enumera- ret vitellum oui inter cibos frigidos ac humidos, idoneos laboranti febi tertianæ, & lib. 11. Simplicium dicat, ouum totum deficcare ſine morſu, ſed facile hæc Galeni de ouis tollitur contradic̄tio. Nam Solutio. lib. 1. ad Glauconem agit de ouis, tanquam de nutrimento intrin- ſecus exhibito: lib. verò 11. Simplicium trac̄tat de ouis, veluti de medicamento extrinsecus adhibito. Ideo non est mirum, ſi oua va- riè uirata, variam habeant & fortiantur virtutem.

Quandoquidem res nulla foris intusq; parem agendi facul- Notandū. tam habet, inquit Galen. lib. 3. de temperamentis. Que tamen ſententia

*Sententia ut vera credatur, duriuscula videtur. Nam res eadem, siue foris siue intus eius sit usus, modo eodem parata & usitata, eandem omnino facultatem naturalem seruare debere, nemini dubium esse debet, id quod ipse met Galenus, lib. 4. cap. 18. Simplic. de amaris saporibus locutus, aperte affirmat, nec non lib. 11. Simplic. de Castorio. Sed ut verè dicam, quod sentio, eadem res potest habere eandem facultatem intus ac foris, sed non parem, ut ait Galenus.*

Oua refri-  
gerant.

Discrimen  
inter vitellū  
& albumen  
oui.

Galeni con-  
tradiccio.  
Solutio.

Calor inna-  
tus.

*Verum de hoc alias. Adonare deo nostri instituti, oua tota cruda foras adhibita refrigerant, exiccat sine morso, ait Galen. lib. 11. Simplicium, oua recentia sorbilia intro sumpta refrigerant, humectant, inquit Galen. lib. 1. cap. 9. ad Glauconem, & lib. 12. cap. 6. methodi, ex quibus tamen locis etiam colligitur leue quoddam discrimen inter vitellum & Albumen; quod certè hoc illo & grius coquatur a calore nostro naturali, quod est certum indicium, vitellum esse simpliciter minus frigidum albumine, contra Aristotelem. Ex predictis Galeni locis manifesta de ouis apparet contradicatio, quod desiccent, quod humectent. Ego huins aperte contradictonis nullam sanè aliam in praesenti possum inuenire solutionem, præter hauc ipsam. Oua cruda vel per coctionem spissata, extrinsecus usitata, desiccant sine morso, respectu corporis humani. Oua autem sorbilia, vel tremula, vel liquore conuenienti bene dissoluta, intro sumpta, dum concoquuntur, exiccat, sicuti foras adhibita: dum vero nutriunt & augent substantiam nativi caloris, humectant. Etenim substantia caloris ingeniti est aërea, aquea, sanguinea, ait Galen. i. Aph. 1.4. & lib. 5. cap. 9. Simplicium, qua tria lucida clarius sunt humida. Atque quidquid nutrit, ingeniti caloris substantiam auget, inquit idem Galenus, lib. 3. de Temperamentis, & lib. 4. cap. 1. Simplic. Ergo si oua nutriendo augent substantiam nativi Caloris, necessario etiam humectant. Ut ita fortasse contradictione haec solvi possit; oua, uti medicamentum, exiccat; uti nutrimentum, humectant.*

Sed

*Sed quoniam Galenus & lib. 1. ad Glauconem & lib. 12. methodi, & lib. 2. de compositione medicamentorum, & com. 4. cap. gerant. 113. acitorum, & alibi, Exhibit agris vel febrientibus oua pro cibo boni succi non calefacentias videamus, quenam sit generatim ouorum bonitas; an vero detur aliquod ouorum discrimen, sumptum ab auium & nutrimenti varietate.*

*Galenus, alioqui medicus tam in aliis rebus copiosus, de ouis, Galeni ergo ab animalibus sumuntur, & in usum nutrimenti veniunt, ror. lib. 3. de Alimentor. Facultatibus per brevi capite egit; oua Gallinarum tantum atque Phasianorum commendavit; an serum atque struthiocamelorum damnavit; aliarū oua anium silentio præterit. Perinde quasi illa nulli nobis essent usui.*

*Ego vero contra tanti viri sententiam ita argumentor. Quorum anium caro ita nobis salubris est, atque Gallinarum & Phasianorum caro, earum oua sunt æquè bona, atque Gallinarum & Phasianorum: sed Pauorum, Perdicum, Columbarum, & aliarum plurimarum anium caro omnino ita salubris est, atque Gallinarum & phasianorum: Ergo earum anium oua sunt æquè bona, atque gallinarum & phasianorum.*

*Ergo mancus in ouis tractandis Galenus censendus est. Et enim oua omnino anium, unde enascuntur, naturam sapere debent, cum sint earum conceptus atque fetus, sunt igitur multarum etiam aliarum anium, præterquam quod gallinarum & phasianorum, oua boni simpliciter succi, magno nobis usui, sed Pergami, ubi Defensio Galenus natus est, & Romæ, ubi diu medicinam fecit, Galeni tempore apud illos potentissimos Imperatores maxima capia erat fortasse phasianorum; plurimus ouorum ipsorum prouentus. Ideo ea tantum oua celebravit.*

*Quoniam etiam gallinae ubique gentium sunt plurime, inter alias aues maximè cicures, maximopere fœcunda, (cum perpetuo,*

toto ferè anni tempore, singulis diebus, si modo in loco mediocriter calido eduentur, & largiter nutrientur, oua singula, & quædam aliquando alicubi bina pariant, & sàpè uno in ouo duos vitellos) meritò gallinarum oua potissimum nominavit. Quippe quæ quotidiano nobis sint vsui pro cibo, & pro gallinarum perpetuitate multiplicatione q̄ maximè necessaria: ut quædam gallinæ ante incubitum sexaginta pariat oua.

Sunt igitur oua inter se varia, facultate, quod attinet ad bonitatem, prædicta, pro avium, à quibus eduntur, varietate: sed gallinarum nobis maximè familiaria, non negligenda tamen etiam aliarum avium oua, quarum caro boni succi est, & eandem cum ouis gallinarum naturam habent, quod ait idem Galen. lib. 11. Simplicium veritate coactus. Restat modo, vt videamus, num ratione vary alimenti oua sint vel prauitate, vel bonitate aliqua aduentitia prædicta.

Galenus lib. 11. Simplicium de viperæ, sc̄scire testatur, cum cibis animalium mutari carnes. Ergo alicuius auis ob cibum carne mutata, mutabitur & eiusdem auis ouorum natura & qualitas, si verum illud est, quod ante à asservimus, oua nempe sapere naturam earum avium, unde nascentur. Cum autem gallina tempore aestatis, sub Cunicula præsertim, vascantur lacertis, araneis & scorpionibus se numero veneantis; sequeretur, quod ipsarum caro effet male sana, & per certam consequentiam ipsarum etiam oua. Attamen experientia ipsa cuique constat, gallinarum oua tunc temporis edita sine nulla omnino noxa à nobis sumi; & eadē, quam alia alio tempore edita, diutius incorrupta inculpataque seruari. Deinde non sequitur hoc, caro alicuius à cibo est mutata; ergo eiusdem auis oua ob eandem causam sunt à priori sua natura mutata. Ouæ enim sunt aliquid aliud adhuc multo magis elaboratum, quam caro earam avium, à quibus nascentur.

Quod

Quod si tempore Canicula multi abstinent ab esitatione gallinarum; ea causa est, quod tunc temporis ipsarum caro calidior & siccior esse videtur ob aëris constitutionem calidissimam & maximum secum; vel quod ad incubitum sunt propensa; vel quod ob plurima oua edita ipsarum caro sit macra & concoctu difficultior; non autem ob cibum assumptum, quem ob suam ingentem ac ingenitam caliditatem perfectè concoquunt, & penitus in sui substantiam transmutant, est enim gallinarum natura valde calida. Sicut etiam sturni suo ingenti calore nativo, cicutam frigidissimam ac venerosam prorsus concoquunt, & suam in substantiam citranoxam transmutant; quemadmodum legere est apud Galenum, lib. 2. cap. 6. de alimentis, & lib. 3. cap. 6. de simplicibus medicam, ubi etiam (mirum dictu) dicit, quod cicutam frigidissimam sturnos nutriendo calefacit: nimis, quia sturnorum substantia sit calida. Unde etiam sturnorum caro non modo sine villa noxa, sed utiliter editur à nobis, sicuti editur caro perdicorum, attagenarum, merularum, turdorum, inquit Galen. lib. 6. cap. 11. sanitatis. Cùm enim concoctio fiat à solo naturali calore, teste Galeno, lib. 5. cap. 5. Simplicium, quæ nihil aliud est, quam alteratio & mutatio ciborum seu nutritientis in propriam & conuenientem eius, quod nutritur, qualitatem, teste eodem Galeno, lib. 2. de Naturalibus facultatibus, & lib. de symptomatum differentiis; sequitur, quod quolibet cibo sumpto à Gallinis, nihilo minus remanent natura carnis ipsarum, ex definitione ipsius concoctionis à Galeno posita. Quidquid alibi aliter ipse Galenus sentiat de carne, non tamen de ouis.

Negue Matthiolus similitudo de lacte in proœmio sexti libri Matthiolus. Di scoridis allata valet. Aliud enim est lac, aliud sunt oua, deinde, si lac mutaretur à cibo, sequeretur, quod caprarum lac effet longe crassius & siccius lacte bubulo, nam capra vescuntur folijs virginis plantarum callium, montium, naturæ terrestrium, parum humi-

Boues.

humidarum. Boues autem in planicie plerumque vescuntur pabulo multò humidiori.

Notādum.

Sed caprarum lac est bubulo longè magis tenue atque humidius: Cum multò plus seri, & minus Casei habeat, quam lac bubulum, ergo lactis natura non mutatur à cibo, contra Matthiolum. Insuper longè maior est calor nativus animalium, quarum oua sunt nobis vsui, quam calor ingenitus quadrupedum animalium cicurum lac facientium. Ideo ipsorum concoctio est minus absoluta. Preterea, si ex Galeni sententia, caro mutaretur à cibo, caro suum esset fædissima, ac pessimè oleret. Quippe qui vescuntur sèpe humano stercore. De humana vero natura carne aliter est sentiendum: cuius temperatio minori præedita calore cum sit, quam animalium natura; certo certius nostra caro mutatur à cibo, sed nos in præsenti loquimur de ouo; quod à cibo mutari non posse putamus, verùm ut ingenitam ouis suè naturam ac probitatem seruet, censemus.

Diximus paulo antè, oua præsertim de mense Augusti edita, diu incorrupta afferuarij loco idoneo; sicuti experientia cuique matrifamilias comportum est. Galenus tamen lib. 3. de alimentor. Facultatibus affirmat, oua recentissima esse optima, vetustissima vero pessima.

Perinde quasi oua obvetustatem sint obnoxia alteracioni & corruptioni. Ideo videamus, an oua intrò sumpta facile putrefiant, & an verum illud sit, quod ait Montanus medicus insignis, consilio 36. de Febribus quod nunquam oua in febribus continuis, nec in tertiana sint exhibenda; quia facile alterentur, & ideo facile putrefiant: adeò etiam ut in sano corpore, si ventriculus sit paulo calidior, statim ventrantur in bilem.

Galenus, lib. 1. ad Glaucōnem, in exquisitata tertiana, quæ à sola bile fit, exhibet oua sorbilia, præsertim vitellos pro cibo refrigerante

&

Montani error.

An oua putrefiant.

Oua refri- gerant.

& humectante, contra Montanum, ergo & in continuis febribus, vel malignis dari possunt. Dedi ego quotidie binos vitellos sorbiles utiliter & sapius pluribus agris, febre maligna laborantibus, qui ab omni alio cibo, & medicamento abhorrebant, & euaserunt. Verum enim vero semper addebam parum succi malorum citrorum, & parum terra Lemiae vere, sed id faciebam, non ut à putredine ouum præcaverem, sed ut humorum putredini futuræ resserem.

Deinde putrefiant solum calida & humida, inquit Gallenus, Putrescentia. lib. 9. cap. 3. methodi.

Sed oua sunt frigida, ait idem Galen. ubique, ergo oua nequeunt ita facilè putrefactare. Præterea quæ putrefiant, fatent, testatur Gal. lib. 5. cap. 15. simplicium.

Verùm ex ouis assumptis nullus sentitur factor, ergo non putrefiant.

Insuper oua sunt boni, crassi, ac lenti succi, ait Trallianus, lib. 8. cap. 1. & Galen. com. 4. cap. 113. acutior. & lib. 12. cap. 6. methodi, & Aristotel. Sect. 9. Problem. 13. inquit quod sunt lentore prædicta.

Sed quæ sunt boni, crassi, ac lenti succi non facilè alterantur, neque putrefiant. Ergo neque oua quiddam tale patiuntur.

Cum etiam flatus prohibeat putredinem, teste Aristotle, lib. 5. cap. 5. de generat. Animalium, & oua sint flatuosa, auctore Tralliano, loco paulo antè citato; nequeunt oua facilè putrefactare.

Postremo Montanus non videtur vidisse putredinis definitionem apud Aristotelem lib. 4. cap. 2. Meteor. ubi ait, putredinem esse corruptionem rei calidae & humidæ à calore externo, vincente internum. Putredo.

Iam probauimus, oua esse frigida, aliena à natura corruptionis. Postea in corpore sano nullus est calor externus nativum extinguis.

*Imo quod maior est ventriculi nativus calor, eo & facilius & citius, & melius concoquit, & magis resistit putredini & calori exteriori.*

*Falsa igitur est Montani sententia eò loci de ouo exhibito tum febrentibus tum sanis. Quod sequa prauitas reperitur in ouis prater vetustatem, ea est ob coctionis varietatem. Nam, sicuti oua recentia, sorbilia, tremula, dissoluta, optima sunt, & agris, & sanis, ne spissata, in nudorem vertuntur; pessimum & excrementitium succum gignunt, atque alios cibos corrumpunt, teste Galeno lib. 3. cap. 22. de Alimentor. Facultatibus, & cap. 4. libri de succor. bo-*

Ouavilia.

Ouanoxia.

Quæstio.

*Querendum esset in praesenti, utrum semper verum illud sit, quod ait Galenus duobus paulo ante citatis locis de ouorum elixitorum & assatorum & sartagine spissatorum noxa; & qua de causa oua ita parata suam naturalem probitatem amittant, tantamq; aduenticiam prauitatem acquirant. Cum in Italia paucim, ac in omnibus omnino Germaniae prouincis, quas ego multis peragrati, oua elixitione durata hora vespertina in prima mensa cum aetario sint in tam frequenti ac penè quotidiano vsu, sene tamen ullo comedentium evidenti detimento: cumq; oua sartagine spissata nostris temporibus in magnis habeantur delicis, & pro honorifice, suaui, incundo, atque utili cibo in prima mensa hora matutina charis amicis, & præsertim ijs, qui non ita pridem in matrimonium sunt coniuncti, offeruntur: Quod si ea ipsa oua ita parata tam noxiæ edentibus, quam ait Galenus, re vera essent; magni saltem Principes, de sui corporis salute tantopere solliciti, à suis peritis atque fidelibus medicis, qui eis inter edendum ferè semper astant, admoniti, ab ouis elixatis, & sartagine frictis penitus abstinerent, ut à cibo valde noxio, quod cum nullibi penè fiat, dubitandum est iure optimo.*

25  
nde Galeni sententia hac in parte. Quæ situm (quod sciam) antebinctum, à doctioribus huiuscætatis diligenter perpendendum, atque aliquando soluendum.

*Nisi fortasse haec sit huius quesiti solutio, ab ipsomet Galeno, cap. 4. lib. de Succor. bonitate ac virtute desumpta; quod ea tantum ensint ita noxia, quæ vel elixitione, vel assatione, vel sartagine spissata, ad summum durata sunt; non autem, quæ mediocriter ita nostris temporibus parantur, nam per illam tam vehementem coctionem à nimia ignis vi exhauritur quicquid boni ipsi ouis inerat.*

*Hic locus postulat, ut dicamus, quibus morbis, quibus corporis partibus, vitellus recentis oui sorbilis magno sit usui. Vitellus sorbilis, vel tremulus in aqua elixatus, dum solum incaluerit, valde utilis est febri tertiane exquisite, thoraci, Pulmoni, gutturis asperitatis ex vociferatione, vel ex humorū acrimonia, asperitati oris ventriculi, intestinorum, & vesica, Galenus lib. 1. ad Glaconem, & lib. 11. simplicium, & com. 4. cap. 113. auctorum. Propterea quod oua sua exhibita bilis acrimoniam sua frigiditate & humiditate frenant, febrem extingunt, atque substantia sua lentore ac leuore, affectis partibus illata, & cataplasmatis modo inhaerentia, eas mitigant & sanant.*

*Item oui vitellus tepidus, sorbilis valde prodest tuis, pleuridi, hæctice febri, anhelitus difficultati, sputo sanguinis, Auicenna, lib. 2. tractatu 2. Denique ouorum vitelli magno sunt usui ob suum lentorem & crassitudinem iis, qui habent succos tenuissimos, facile exhalantes, & ob hoc syncope laborantes, Galen. lib. 12. cap. 6. methodi; ubi ponit oui vitellum inter ea, que non facile diffundant, nec facile corrumpantur. Quicquid aliter falso sentiat & dicat Montanus. Extrinsecus quoque ob easdem vires utiliter adhibentur multis morbis, & pluribus corporis partibus oua, tum cruda tum cocta. Sed quæ valde lizantur, aut assantur, aut in sartagine frigida-*

N.S. se facili  
& placido ab  
ut in aliis ouis.

friguntur, rite miscentur medicamentis desiccantibus, siue foras applicentur, siue intro exhibeantur. Nam oua in aceto cocta, vel alio modo durata, fluxiones ventris desiccant, dysenterie, & cæliaco affectui medentur, auctore Galeno, eodem lib. 11. simplicium.

Epilogus.

Ex predictis omnibus cuique lectori bene sentienti planè constare arbitror, oua non solum gallinarum, sed etiam aliarum multarum avium, quarum caro sit salubris ad vescendum, recentia, ritè parata, opportunè exhibita, & ex arte adhibita, utilia, non autem noxia, esse humano generi, tum sanis omnibus, tum agris ac morbis plurimis, contra aliquorum medicorum & vulgi opinionē profecto erroneam.

Vnicam certè habent rationem, oua non conuenire morbis acutis, qui egent tenui dieta; quia oua sunt magni nutrimenti, ait Avicen.lib. 1.F.4. D. 5.c.1. & Gal lib. 8. cap. 1. methodi. Sed facilis est responso, oua licet sint magni nutrimenti; possunt tamen exhiberi in tam pauca quantitate, & sine ullo alio cibo vel potu, sicuti ego sape feci; ut ouorum usus ita paucus pro tenui dieta haberi posset. Atque ita nihil omnino est, quod aliquis verè dicere queat contra rectum ouorum usum, quorum virtutes plurimæ sunt, & admirande.



# IMPRESSVM OENIPONTI. APVD IOANNEM AGRICOLAM.



Errata sic corrigē.

In' Epistola pagina 1.linia 19.lege, Popelliana. 2.2.perfectic  
raq; 10.20.calore. 13.24.peritissimorum. 16.23.albumen. 17.  
censem. 17.19.de cura. 18.19.hanc. 19.26.copia. 20.7.parian.  
20.19.antea. eadē pag. 21.vescantur. ead.p.22.venenatis. ea  
pa.25.vlla. ead.p.alicuius. 22.15.seu. ead.28.vertantur.